

Dñica xvi. post trinita.

mulo. facultates alijs. **E**t super hoc executores sibi constituit isto modo religiosus profitendo dat animam suam deo. corpus assignat monumento scilicet claustro. in quo clauditur sicut mortuus in sepulcro. facultates habitas et habendas resignat mundo. Executores huius testamenti constituunt prelatos suos quibus quorundie tam corpus suum quam animam tradunt. **S**ecundo moriturus incipit amittere colorem suum naturalem. **P**ostea usum sensuum exteriorum. sicut visus. auditus et huiusmodi. **T**andem ultimo motum suum proprium. ita quod si moueri debeat oportet quod hoc fiat per alios et non per semetipsum. pannus ei attribuitur breuis. et in terra mensura. et sic finaliter cum mortuus fuerit absconditur. **I**sto modo moraliter ingrediens religionem primo amittit omnem colorem. hoc est omnem amorem carnalem vel mundialem amicorum vel parentum qui possit a mundi contemptu et sancta contemplatione recordari. **S**ecundo amittit usum sensuum exteriorum per honestatem et religiosam conversationem custodiā visus. tactus. auditus. **T**ertio perdit quasi loquelam per silentium locis et temporibus conuenienter seruatum. **S**ilentium namque iuuat ad mentis recollectionem et gratiaz consequendam. **I**n cuius figura Zacharias mutus genuit Iohannem. id est. luce gratiam. **Q**uarto perdit motum propriū videlicet voluntatem. quia nūquam se mouet nisi vadit nisi per obedientiam et licentiam prelatorum. **Q**uinto tribuitur sibi pannus modicus. quod habitus vilis ad necessitatem. non ad superfluitatem. **E**t sexto tandem absconditur in sepulcro. id est. in claustro suo. ne per seculi tumultum a sanctis perturbetur occupationibus. **I**stis mortuis dicitur **Ap̄l. iij.** Mortui enim estis. et vita vestra abscondita est cum christo. **I**sti mortui etiam effertur quattuor portatoribus licet sint vniuersi. id est. vni anime custodes matris sue videlicet religionis. **P**rimus portator est dignitas episcopalis ad quam multi aspirant et religionem postergant. et hi sunt in periculoso statu. ut patuit supra sermone xxxviij. **S**ecundus est voluptas carnalis. **T**ertius cupiditas mundialis. **Q**uartus sollicitas parochialis. nam multi ut possent parochias seculares regere videntur religionem dimittere et relinquere. **T**ertia mors est infernalis cruciationis. et hec contrarie attestanda. de qua. **p̄s.** Sicut oves in inferno posite sunt mors depascet eos. **Q**uis pecus est stolidissimum animal seu pecus. **I**nter alias condiciones hoc habet quod si sit in domo accessa nullo modo exit ab igne sed magis ingerit se igni. **S**ic damnati in inferno ita stolidi effecti sunt et per maliciam obstinati. quod de inferno qui est tanquam domus accensa nūquam

exibunt. et est mors secunda de qua **p̄s.** Mors peccatorum pessima. **H**uic contrariatur illa vita de qua **Ambrosius** loquens dicit. **I**bi est vita sine morte. festum sine feria. dies sine nocte. gaudium sine merore. tranquillitas sine labore. fortitudo sine debilitate. rectitudo sine peruersitate. pulchritudo sine difformitate. veritas sine falsitate. caritas sine inuidia. felicitas sine miseria. **H**ac nobis concedat pater et filius et spiritus sanctus **Amen.**

De eadem dñica. Sermo. iij.

Noli flere **Luce**
vbi supra. **P**ericulosa res est itinerantibus vias inaquosas pergere. **N**am labore itineris interioribus membris calefactis sitit homo. priuetur post refrigerio beneficii priuatus est et est in periculo non paruo. unde cum quis talem patitur sitim inuento fonte ad illum magna alacritate declinat. et reuocillatus totus incedit hilaris vias suas. **M**oraliter omnes sumus viatores tendentes ad terminum vite nostre. scilicet ad mortem per quam speramus venire ad vitam feliciorē. **S**ed in hac via presentis vite magno est. id est. magnis temptationibus diaboli succenduntur interiora membra anime per consensum. **E**t nisi hoc incendiū aqua viua lachrymarum extingamus. languet anima. **S**ed refocillata dulcedine lachrymarum hilariter per viam timoris dei quousque venit ad regna consolationis eterne que lugentibus promissa est. **Matt̄. v.** Beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. **F**igura. **Exod. xvi.** vbi legitur. quod sitientem populum israel moyses percussa petra in oreb omnes potauit aqua largissima. et postea debellato Amalech prouenit ad montem sinai. vbi deus facie ad faciem ei locutus est. **S**piritualiter per moysen. qui interpretatur assumptus. de aquis subaudi fidelem christianum qui ex aquis baptismi a deo assumitur in filium adoptiuum. **T**endit igitur iste cum populo anime sue ad terram promissionis scilicet eternam gloriam nobis promissam et a christo acquisitam. **E**t iste populus est intelligentia memoria et voluntas. **V**enit ergo in oreb qui interpretatur siccitas. quia transeuntes vitam presentem necesse est incendiū callidi hostis temptationibus estuari. **T**unc ergo petra. scilicet. virga percussa effluit aqua cum timor dei cor nostrum contingit et effluunt lachryme quibus populus huius confortatus strennue superat Amalech qui interpretatur populus lingens sanguinem significans demones qui semper lingunt sanguinem peccatorum sicque hilaris et gaudens peruenit ad

montem sinai. et interpretatur celsitudo. p. quez significatur celsitas glorie celestis ubi dominus loquitur aie lachrymanti benigne. et se illi prebet in preminium. Ideo dicit **Berū**. **B** humilis lachrymatna est virtus. tua est potentia. tua est potestas tuum est regnum. tu ante tribunal iudices intrare non vereris. quicquid petieris impetrabis. si vacua intrabis vacua non redibis. accusantibus inimicis silentium imponis. non est qui te accedere prohibeat. magis diabolum crucias quam gebenna. quid plus vincis inuincibilem et ligas omnipotentem. hec **Berū**. **H**unc fletum non prohibet dominus cum dicit cuilibet anime ad sensum moralem. **N**oli flere. quia ille est valde necessarius. sed prohibet fletum immoderatum qui fit super morte defunctorum amicorum. **P**ro diffusione huius sermonis dicam de duplici morte scilicet spirituali animarum. et corporali amicorum. **P**rimo de morte spirituali animarum seu animarum notandum. quod ipsa est desclenda nimis. et a sordidis vitis mediantibus lachrymis aut fletibus purganda. Quia eam diabolus maculat. Diabolus ergo se habet erga animam. sicut carnales homines erga feminam. **C**arnalis vero homo cum viderit mulierem abiectam et sordide vestitam non confurgit in illius concupiscentiam. Si autem viderit eam pulchram et vestitam bene decoratam appetit illam. sicut de **Bersabee** vxore **Abrie**. quod erat pulchra. quod vidit eam **Dauid** lauante se concupuit ipsam et adulterium commisit. **ij. Reg. xj.** Si militer de **Judith** et **Holoferne** carnali. **Q**uod **Judith** erat eleganti aspectu. et introducta ante **Holoferne** conspectum. placuit ei specie eius concupiscendo **Judith. xij.** Moraliter cum anima humana coopata est sordidis vestibus vitiorum et distorta facta per peccatum non multum temptat a diabolo et mundo. quia temptare hos non curat quos peno iure possidet. **S**ed dum videt animam ornata virtutibus ut sit decora velut regina. de qua in ps. **xlviij.** **A**stitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. videlicet charitate. circumdata varietate scilicet virtutum. tunc comburit concupiscentie calore et ardore et inducens carnem et mundum in subsidium sue prauitatis. omni studio illam ad sue voluntatis sensum inducere conatur. **F**igura de hoc habetur **Dañ. xij.** de **Susanna**. qui ingressa pomerium viri sui vncta est oleo tamen quod a duobus iudicibus est percipita et molestata ut sententiam mortis subisset. si non **Daniel** prophetico spiritu illustratus eam liberasset. et tamen nihil molesti duo senes commiserant **Susanne** etc. **S**pūaliter **Susanna** interpretatur gaudium gratie. et denotat animam per penitentiam deo coniunctam. de hoc enim magnū gaudium coram deo et angelis eius **Matt. xv.** **H**ec igitur intrat pomerium viri sui qui intrat viridarium sacre

scripture videlicet audiendo verbum christi qui est sponsus anime toto cordis affectu. et tunc inungitur oleo misericordie et aqua deuotionis quibus anima tota fit decora ita ut autor mali diabolus crucietur inuidia. et assumpto secum mundo nititur omni studio inducere eam per peccatum. **P**roducit namque duo falsa testimonia. **M**undus namque suggerit suas exercere delicias. delectationibus perfrui preponens vite penitentiam decozem. **S**ed diabolus suggerit diuturnitatem temporis vite et posse fieri penitentiam senectutis tempore. et sic suis diris conationibus velut lapidibus obnuere festinat animam. **S**ed illa lachrymis impetrat subsidium **Danielis** qui interpretatur iudicium dei quod amici tenent. per quod cognoscuntur testes predicti fallaces et anima ab interitu peccati liberatur et mundatur lachrymis et christo sposo suo redditur in columis et iocunda. **S**ed alique anime ad instar **Bersabee** consentiunt in adulterium spirituale cum diabolo qui consentiunt peccatis. **E**t talibus similiter necesse est ut per fletum emundentur et ad deum reuertantur. **Q**uia dicit **Chrysostomus** super **Matt. v.** **N**emo a deo aliqui flens abscessit qui non quod postulat accepit. nullus ab eo beneficia dolenter optauit qui non impetravit. consolatur flentes. curat dolentes et penitentes confortat. hec ille. **E**t nota quod peccatrix anima in peccatis mortua nequaquam sine lachrymis potest esse virtuosa. **E**x defectu aque terra sterilis est a fructibus producit spinas tamen que non egent humido. **E**t sic interdum fructuose arbores efficiuntur steriles. et fructus eorum efficiuntur inutiles. agrestes et sine dulcedine. **S**ic moraliter et sine aqua lachrymarum anima nostra infertua est et punitiones peccatorum et malarum cogitationum germinat et producit. **E**t si flores interdum bone cogitationis producit. non tamen perueniunt ad debite maturitatis effectum. quia ad premium eterne patrie non attingunt. sed ad interitum retributionis terrene eterne. **A**utem figura habetur. **ij. Reg. j.** quod **Belchana** habebat duas vxores. quarum una sterilis scilicet **Anna**. et altera secunda scilicet **fenenna**. **F**esto vero sacrificij **Belchana** **fenenne** dedit partem optimam. **A**nnam vero sterili dedit partem unam tristis. **Q**uod videns illa accessit ad templum ubi nimum lachrymata. et ibidem causam sui doloris narrans sacerdoti **Peli** accepit sobolis promissionem. qui postmodum concepit de viro suo et peperit **Samuelem** prophetam domini. unde ipsa gaudens fecit canticum. **E**xultauit cor meum in domino etc. **S**pūaliter **Belchana** interpretatur dei possessio et significat christum in quo consistit possessio beatitudinis nostre. nam in ipso est diuinitas et humanitas quas totus homo in patria possidebit. **H**abet enim duplicem vxorem videlicet ani

Dñica xvi. post trinita.

mā iustā et aīam peccatoris que est sterilis. **A**mbas enī in baptismo desponsauit. ambas creando sua imagine decorauit. **S**ed vna earū secunda hec ē aīa iusta. q̄ quotidie producit merita deo grata. ideo ipsa optimā partem p̄ omnibus recepit. quia eterne beatitudinis p̄mia et nihilo minus in p̄senti recepit diuinā gratiam. **S**terili vero et ipenitēti peccatrici anime lachrymis contritionis carenti tristis dat miserā portionē videlicet bona temporalia. **S**ed inter dum ad se ipsam rediens et considerans sue miserie statum merore cordis intrinsecus sauciata lachrymas multas coram sacerdote siue confessore effudit narrās sue angustie causam. id est. culpam. meretur concipere et parere **S**amuelē. p̄phetā dñi. **S**amuel interpretatur exauditiō dei. quia aīa sterilis caligine peccatorū obnubilata. p̄ lachrymarū effusionē iucida efficitur et secunda. **Q**uia dicit **Thyrs.** super **Matth.** Sicut post vehētes pluuias aer purus efficit. ita et post lachrymarū pluuias serenitas mentis sequit atq; tranquillitas. p̄pter qd̄ fletū aut lachrymā quā facit aīa post p̄ctā ch̄risti nō videt inbibere vt ipsa possit resurgere. et p̄iorē ornatum acquirere et habere. **S**ed de secunda morte corporali amico rum est notādū circa modum flendi amicos decedētes multipliciter se habent homines his diebus. **A**ugent quidem amicos defunctos fallaciter et simulatiue et cum fictione. quidam pertinaciter excessiue et sine consolatione. **Q**uidā sagaciter charitatiue et ex sua deuotione. vt dicit **Robertus** **Bolcot** sup li. sap. lec. elxiiij. **P**rimo lugent et flent interdum filij mortem parentum in quorum bonis succedunt. vxores maritos a quorum societate libēter recedunt. legata intestatores qui eis bona sua legando cōcedūt. **P**er omnes nigris vestiunt extrinsecus. et facies suas exterminant. et tamen in mente satis gaudent. **S**icut forte luxit **Iudas** mortē vxoris sue **Gen.** xxxviii. vbi legitur qd̄ post mortem consolatione accepta ascendebat ad tonsores ouīū suarum et diuertit ad **Thamar** quā putauit meretricem. **S**ic planxit patrē suū **Gellia** de q̄ **Mar**cialis epigramaton li. j. **A**missa nō flet cum sola est **Gellia** patrem. **S**i quis adest vise profiliūt lachryme. **E**t subdit. **I**lli dolent certe q̄ sine teste dolent. **I**lli figurant per mulierez thecuites cui dixit **Ioab.** ij. **Reg.** xiiij. **L**ugere te simula et induere te veste lugubri. et ne vngaris oleo vt sis mulier quasi plurimo tempore lugens mortuū filium. **S**ecundo modo lugent immoderate qui sic mortem plangunt amicorum quasi pereniter et totaliter perierunt et interierunt quorū fatuitas ex multis declaratur. **P**rima accipit ex p̄sideratione diuine voluntatis cui nullo mo

do debemus esse contrarij. **U**nde **Sen.** ad **Lucillum.** placeat homini quicqd̄ deo placet. **P**rob hoc ipsum qd̄ deo placet. diuina enī voluntas p̄ma et summa causa est oīm que fiunt. cui⁹ alia cā non est querenda fm̄ m̄gr̄m sen. li. j. dist. lxx. igitur si amicū quantumcūq; charum mortuū habes considera primo hanc rationē vult deus **U**nde **Aug.** de vera religione. c. xcij. **Q**ui perfecte deum diligit non affligitur morte cuius q̄ qui toto animo deū diligit nouit. nec sibi perire quod deo nō perit. **D**eus autem est deus viuorum et non mortuorum. **S**ecundo considera qd̄ iustum est et licitum vnicuiq; reddere quod suū est. **U**nde **Piero.** in eplā ad **Marciū** vel **Cirasiū** **N**ihil abstulit tuū qui dignatus est recipere p̄p̄riū creditū suū decuit creditorem. et nihil aliud decet q̄ creditori gratias agere mutuatim. exemplo **Iob** qui filijs orbat⁹ et tota substantia priuatus dixit. **D**ominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita fact⁹ est. sit nomen domini benedictum. **T**ertio cōsidera qd̄ necessitas moriendi est lex cōmunis omnibus. **S**i factum esset aliquid circa amicū tuū mortuū qd̄ fuit necessario euenturū iuste p̄queri posses et flere. **I**n vero nihil factū est nisi quod cōmuni vel qd̄ toti generi humano est statutum ad **Heb.** x. **S**tatum est omnib⁹ semel mori. **A**mb. vero. li. ij. de morte fratris sui **Satiri** dicit. **Q**uid absurdus q̄ qd̄ idem qd̄ sanctis omnib⁹ est p̄scriptū quasi speciale deplores. **D**e hac cōi lege dicit **metrice.** **P**auperis et regis cōis est lex moriēdi. **D**at causam flendi si bene scripta legis. **S**ustato p̄mo nullus transit sine morte. **N**ec misere secte clauditur omnis homo. **Q**uarto cum flere amicum p̄ponis p̄sidera quia p̄ mortem sit liber de suo dubio. cert⁹ bt̄us ē miseria. **Q**uia **Iob.** xiiij. **H**omo natus de muliere breui viuens tempe repletur multis miserijs. **U**nde **Aug.** de miseratione infirmorū li. j. **Q**uis numerare pōt p̄ntis vite molestias. esurire. sitire. algere. calere. lassari. et innumerabilia que ex ipsa consuetudine domesticata sunt. **D**eniq; audacter pronuncio qd̄ p̄ncipium vite hominis initij doloris est. **F**uerūt philosophi hoc non ignorantes qui in ortu puerorum lugebant. in morte autem gaudebāt. hoc scientes qd̄ homo ad laborem nascitur. ad requiem autem moritur. **C**onsimiliter autē fecit saluator qui mortem **Lazari** non plorauit qm̄ discipulis dixit. **Lazarus** mortuus est et gaudeo. p̄pter vos. **I**n suscitatione autem qm̄ cum ad vitam reuocauit plorauit. quia cum ad huius vite miseriā reuocauit. et paulo post dicit idem **Aug.** **M**ors desiderabilis. o mors omnium malorū p̄sentium finis. **M**ors laboris clausula quietis principium quis cogitare potest tuarum utilita

tam beatitudinem. Nam male mori christiano
rum non est dum mori cum christo vivere est. hec
Aug^o. Ideo mors liberat. Unde Ibid. libro. iij.
de sum. bo. Illi deplorandi sunt in morte quos
miseris infernus ex hac vita recipit. non quos
celestis aula beatificandos includit. Quinto con-
siderando mortem anime plangis quod deus
est omnium noscens. Ipse enim nouit quid uni-
cuique potius expedit quando moritur et quando
vivere nobis contingit et conuenit. Sexto consi-
dera quod luctus tuus immoderatus cum non iu-
uat neque eam ad vitam poteris reuocare. nec p-
talem luctum a purgatorio liberare. et hoc est quod
allegauit David. ij. Reg. xij. quia fili^{us} su^{us} cha-
rissimus languebat flebat et non capiebat cibum
Cum autem mortuus esset. surrexit. lauit et co-
medit. et consolationem accepit et ait. Nunquid
potero eum reuocare amplius. 4^o vadam ad
eum ille vero non reuertetur ad me. Et dicit no-
tanter super^{ius} quando moderatus fletus mortu-
um non iuuat. De hoc refert Apiani libro apu-
ca. viij. de anima sua dicens. Anima mea filium
habuit primogenitum indole insignem in deco-
re precipuum. quo mortuo inconsolabiliter do-
luit nec forte sine presagio futuri mali. Nam post
illum alium habuit. qui et si insignis malitia fuit
dilapidator tamen paterne hereditatis prodiga-
lissimus fuit. Matre ergo inconsolabili lachry-
mante apparuerunt ei iuuenes ut visum est ei in
genti gaudio gradientes. Quos meror filij inter
illos non esse videret et fletet. Ecce post alios fi-
lium lento gradu subsequentem cognouit. Cui
mater cum graui clamore dixit. Et quid est fili-
mi quod solus et non cum alijs graderis retardat^{us}
Cui ille in toga laterali magnum aque pondus
ostendens. Ecce inquit mater. lachryme quas
pro me inaniter fudisti quorum pondere ab ali-
orum prosecutione retardor. Ad deum ergo la-
chrymas commutabis. et in presentia sacri cor-
poris christi cum elemosynis pauperum pro me
corpium et deuotum effundas. et tunc liberabor
ab incommodo quo nunc premo. Et dicit ibidem
autor quod dispensatione diuina vel ad consolatio-
nem matris se dixisse mortuum iuuenem se ina-
nibus lachrymis a comitatu sodalium retarda-
tum. quia meritis quidem uiuentium defuncto-
rum anime iuari possunt. sed nullis prozris de
meritis expediti. Septimo considera quod luctus
irrationalis tibi nocet et tibi non prodest. Juxta
illud Eccli. xxxviij. Repelle a te tristitiam. et me-
mento nouissimorum. et noli obliuisci. neque eni-
ei est conuersio. et huic nihil proderis. et te ipsum
pessundabis. dum enim a tali tristitia absorbe-
tur animus non habet liberum ad orandum pro
illo quem deslet. Octauo considera quod aliquan-

do amici nos impediunt in virtute a via salutis
Nam cor nostrum ad mundum alliciunt. et ad ge-
rendum sollicitudinem circa statum eorum. et ad
minus ad obediendum deo in consilijs suis. Un-
de Aug^o. super Gen. Sepe offenditur de^{us} ne of-
fendatur amicus. Et ideo dispensatione diuina
plerumque contingit ut amici quos carnaliter di-
leximus subtrahantur quatenus affectiones no-
stre in deum liberius et integrius extendantur.
De hoc legitur in Vitaspatrum libro quarto. c.
septimo de quibusdam bonis coniugatis. viro vi-
delicet et muliere qui erant valde hospitales an-
tequam dominus eis puerum largiri dignaretur. Sed
puero habito iam parentes manum retraherent
ab alienis et puerum omnia reseruabant. Ideo an-
gelus ibidem nocte quadam cum heremita ho-
spitatus puerum suffocauit. Et cum heremita qui-
reret quare hoc fecisset. respondit. Cum enim do-
mus illa semper fuisset dei in omnibus pauperi-
bus recipiendis. iussit dominus puerum occide-
re. cuius anima in celum euolauit ut deus gaudeat sua
pacifica possessione qui dicit. Qui vos recipit me
recipit. Non considera spem resurrectionis fu-
ture. quia quem hic mortuum vides alias redi-
uiuum videbis. Unde apostolus. i. ad Thes. iij.
Nolumus vos ignorare de dormientibus. Glo-
sa. id est. defunctis qui dormiunt somnum mor-
tis a qua excitabuntur tempore resurrectionis
quam infideles negant. ut non contristemini si-
cut et ceteri qui spem non habent. Et Ambrosius
libro tertio de morte fratris sui. Cessent inquit
lachryme. quia debet aliquid inter fideles et
perfidios esse fleant suos qui eos in perpetuum
estimant interire qui spem resurrectionis non ha-
bent. Nolis vero quibus mori non nature. sed
huius vite finis est. quia ipsa natura in nobis re-
paratur. mortis casus abstergitur. Decimo con-
sidera quod si viuens fuerit tibi gratus gratior erit
iam saluatus. Sic enim amici nostri in torrente
voluptatis diuine inebriabuntur. nec tamen no-
stri nullatenus obliuiscantur ut dicit Aug^o. li. ix.
confes. c. iij. Dis ergo decem considerationibus
de mortuis excessu dolorem mitigare debemus
cum amicos nostros moriendo subtrahi vide-
mus. sicut suadet Cyprianus libro suo de imor-
talitate anime. Non sunt inquit lugendi fratres
nostri accensione dominica a seculo liberati. cum
scimus eos non amitti sed premitti. et occasio-
nem non dandam gentilibus ut nos merito re-
prehendat. Quia quos apud deum vivere dici-
mus ut extinctos ac perditos lugemus. Nihil
enim prodest verbis proferre et factis destruere
veritatem. Igitur contra istos excessiue lugen-
tes ne istas decem considerationes attendentes
signater dicitur Eccli. xxij. Modicum plora super

Dñica xvi. post trinita.

mortuum. quoniam requieuit. videlicet a laboribus et miseris huius mundi. Juxta illud Apo. xliij. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Et dominus dicit hic. Noli flere scilicet imoderate et excessiue tuos defunctos. Tertio sunt qui lugent mortem amicorum sagaciter et charitatiue ex pia deuotione. Nihil enim tristari in recessu amici ingratitude signum est nimis vero tristari desperationem arguit. Sunt autem tres cause quare cum ratione et dolore possumus morientibus bonis viris flere. Primo quia pauci boni viri sunt in ecclesia militanti. Et sic beatus Aug. ut legitur quod quoties de morte aliquis boni sacerdotis audiuit. fleuit. non quod sibi de statu suo timuit. sed quia paucos tales in ecclesia reliquit. Ita etiam legitur de sancto Ambrosio. ut cum alicuius sancti sacerdotis vel episcopi obitus sibi nuntiaretur sic amarissime flebat. ut sic vix consolari valeret. Tum autem interrogaretur cur viros sanctos sic fletet. aiebat. Ne putes me flere quia recessit. Sed quia me precessit. et quia difficile inuenitur qui tali officio dignus habeatur. Secundo quia aliqua forsitan purganda deferunt que in presenti non compleuerunt. Tertio ex consideratione miserie naturalis. quia oportet nos propter peccatum primi parentis putrefieri et incinerari. Et sic sanctus Tobias mortuos sepeliebat et lugebat eos Tobie. ij. Et. xliij. q. ij. dicit Chrysostomus. Pietati affectu humilitatisque intuitu mortuos lugere non prohibemur. sicut nonnullos sanctorum aliorum obsequijs pijs lachrymas impendisse legimus. Ideo et ceteris. viij. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij. In illa enim admonetur finis omnium morientium.

De eadem dñica. Sermo. liij.

Adolescens tibi dico surge. Luc. vbi supra. Dicunt naturales et bruti Gregori. sup. Job. Hec vna aquile proprietas est. Quando pulli eius recenter nati ad capiendum grossiorem cibum sunt inualidi. tunc ipsa sanguinem et liquorem humidum prede in os suum attrahit. et attractum sibi cibum in ore pullozou fouet. et ita reficit eos cibo leuiori quousque conualescant ad sumendum cibum fortiozem. Et dicit Aristoteles. quando iam aliqui qualiter sunt adulti compellit eos exire de nidulo ad cibum querendum. Moraliter per aquilam intellige quemlibet fidelem videlicet patrem et matrem qui ad similitudinem aquile debet sol

licitari circa filios suos ut post cibum corporalem etiam spirituali cibo videlicet virtutibus debite nutrantur. Et inter alias virtutes docet Egidius romanus in de regi. prin. pte. ij. li. ij. ca. v. quod ab infantia in fide instruantur ut ea assuescant. Et hoc ideo finem eum debet fieri. quia fides est superlatio ratione ut ea que sunt fidei ratione comprehendere non possunt. Utile ergo est ut etate proponantur ea que sunt fidei. in qua ratio dictorum non credit sed simpliciter dictis acquiescit. Omnis autem est etas infantie. Infantes enim cum eis a patre vel a matre proponuntur monitiones non querunt rationem dictorum. quia usum rationis non habent. Simpliciter dictis acquiescunt. Et subdit post pauca. quod talibus pueris non debent proponi subtilis articuli fidei. sed quedam grossa proponantur eis in summa dicendo. Unus est deus omnipotens pater et filius et spiritus sanctus. Et quod dei filius assumpsit carnem in Maria virgine. et quod propter peccata nostra fuit passus. mortuus et sepultus. et quod descendit ad inferos et eduxit ibi captiuas animas existentes. et tertia die resurrexit a mortuis. et ascendit in celum. sedet ad dexteram patris. et sic de alijs articulis fidei. hec ille. Denique quod postquam venerint ad annos discretionis debent cibare eos solidioribus videlicet alijs virtutibus. Quod dicit Aristoteles. vij. pollus. Pessimum est nos instruere filios ad virtutes et obseruantiam legum utilium. Et dicit Holcot super li. Sap. lectione. liij. quod quoniam respublica et communitate quacunque summa materia debet esse de iuuentute ut in bonis moribus instruantur. Et si nolunt acquiescere quod etiam ad hoc verberibus inducantur. quod docet sapiens sub methaphora. Ecce. iij. Equus indomitus euadat durus. et filius remissus vadit ad preceps. Et infra. Ne des illi potestatem in iuuentute. et ne despicias cogitatus illius curua cervicem eius in iuuentute. et tunde latera eius dum infans est. Et vult dicere quod sicut indomitus equus in iuuentute dure vadit. et ita labitur in precipitium in via torta sicut in via recta. Ita iuuenis dimissus voluntati sue nunquam suam reportabit alios in quacunque societate. sed leuiter ruet in vitia sicut equus indomitus in precipitia. Equus antiquus non admittit sellam. nec calcar. nec frenum nisi ad talia sit assuefactus in iuuentute. Ita nec adolescens admittit aliquam obedientiam. nisi fuerit assuefactus in iuuentute. Ideo dicit Aristoteles. j. eth. ca. xliij. Iuuenibus finem se opera virtuosae non sunt delectabilia. Ideo oportet ut vtantur legibus coactiuis. Et ideo ut ibidem concludit necessarium est fieri quasdam leges pro iuuenibus quibus compellantur ad mores quod cum pleni sunt passionibus voluptatum non possunt de